



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xij. De Sententia Excommunicationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

in eo, qui vt damnus non con-
tingeret, nihil omisit.

*Iniuriæ inferuntur re, uerbis, literis, & pœ-
na est arbitraria. h. d.*

*glos. in utr.
iniuria. cap.
fin. ext. co.* Inferuntur^a autem iniuriæ tri-
bus modis: Re, Verbis, & lite-
ris. Re, vt cum manus inferun-
tur. Verbis, vt cum conuicium
dicitur. Literis, vt cum in alte-
rius vituperatione carmen, aut
famosus libellus conscribitur:
quibus omnibus casibus p qua-
litatibus admisi & atrocitate,
prudens iudex pœnas irroga-
bit.

*Conficiens famosum libellum, & manife-
stans, pari pœna puniuntur. h. d.*

Eo amplius si quis famosum
libellum inuenerit, & non sta-
tim corruerit, vel combusse-
rit, sed eius tenorem dolose ma-
nifestauerit, quasi author, ple-
tendus erit.

DE ECCLESIASTI- cis Censuris,

TITVLVS XII.

*Ponit cōtinationem præcedentū, & sub-
sequentium. h. d.*

Postquam tam primo libro
personarū, quàm secundo re-
rum Ecclesiasticarū tractatū
cum his, quæ annexa sunt, sum-
matim complexi fuimus, subin-
de ad reliquos venientes, iudi-
ciorū tam Ciuiliū, quàm Cri-
minalium materiam & seriē ex-
planauimus, delictorum & na-

turā & pœnas breuiter perstrin-
gentes: cum tam ratione contu-
maciæ, quàm etiam aliorū ex-
cessuum Ecclesiasticis censuris
interdum aliquos innodari va-
rijs locis admonuerimus, sup-
est nunc, vt operi finem impo-
nentes, de ipsis cēsuris fusiū &
distinctiū differamus.

*Quid ueniat appellatione censure Eccle-
siasticæ, quid sit excommunicatio, quid interd-
ctum, quid suspensio. h. d.*

Ecclesiasticæ censuræ nuncu-
patio tria regulariter comple-
ctitur: scilicet, Excommunica-
tionis, interdicti, & suspensio-
nis sententiam. Excommuni-
catio, est à communione exclu-
sio. Interdictum Ecclesiasticū,
est à certis sacramentis, & om-
nibus diuinis officijs & sepul-
tura Ecclesiastica facta prohibi-
tio. Suspensio, est inhabilitas
quædam ordinum, vel officio-
rum executionem impediens.

Sed ne de omnibus simul tra-
ctantes, legentibus difficultatē
ingeramus, distinctè de singulis
differamus, ac primū de Excō-
municatione.

DE SENTENTIA excommunica- tionis,

TITVLVS XIII.

*Minor excommunicatio à perceptione sa-
cramentorum, Maior etiam à fidelium commu-
nitione separat. h. d.*

C

EXcommunicationum duæ sunt species, minor scilicet, & maior. Minor est, per quam quis à sacramentorum participatione conscientia, vel sententia arcetur. Maior est, per quam quis non solum à sacramentorum excluditur perceptione, verum etiam à communione fidelium, quæ ab omni actu legitimo separatur ac dividitur: & hæc alio nomine ^a Anathema appellatur.

^c can. fi. 3. q. 4.

Excommunicationum aliæ sunt late sententiæ, aliæ ferendæ. Et late sententiæ est, cum quis sine facto iudicis à iure excommunicatur.

Rursus excommunicationum alia Canonis, alia Iudicis. Canonis est, quæ ab ipso solum Canone absque iudicis ministerio innodatur, quæ etiam alio vocabulo late sententiæ excommunicatio nuncupatur. Sciendum est enim, complures esse casus, in quibus adeo quis delinquere existimatur, ut nulla expectata iudicis pronuntiatione ipso iure excommunicationis vinculis innoderetur: quod quidem, quanquam innumerabilibus propè exemplis declarari possit, vnus tamen tantum prosecutione contenti erimus.

Qui Deo dicatos homines corporaliter offendunt, incidunt in excommunicationem late sententiæ, à qua non possunt absolui, nisi per Papam h. d.

^b cap. nõ dicitur, ext. co.

Si quis igitur^b in clericos, regulares, monachos, professos,

vel nouitios, vel conuersos violentas & impias manus iniecerit, ipso iure Canonis incurrerent sententiam, à qua præterquam à Romano Pontifice, vel eius de latere legato^c, à quoquam absolui non poterit.

Complices inferentium manus violentas clericis, pari pœna cum inferentibus puniuntur. hoc dicit.

Sed & si manus quis violentas non iniecerit, inferenti tamen, vel author^d, vel fautor, vel adiutor fuerit, aut factum ratum habuerit, pari pœna illum pietendum Catholica sanxit auctoritas, eos etiam delinquentibus fauere interpretata, qui cum possunt, manifesto sceleri desinunt obuiare.

Detinens, uel ducens clericos in uincula, incurrit excommunicationem late sententiæ, nisi faciat de uoluntate suorum prælatorum, h. d.

Interdum etiam si nullam corporis lesionem clericis quis intulerit, excommunicationis tamen pœnam non euadet: utputa^e, si laicus in publica, vel priuata custodia illos detinuerit, vel in uincula coniecerit, nisi tamen id de mandato faciat prælatorum, quorum illi sunt iurisdictioni subiecti: tunc enim citra excommunicationis meritum, & capere clericos, & ad iudicium violenter ducere laici poterunt: cum hoc non ipsi, sed illi, quorum autoritate hoc faciunt, agere videantur, dum tamen nõ

^c cap. ad emmentiam. extra. cod.

^d cap. mulieris. in fi. extra. cod. et cap. quæ præscriptio. d. h. d.

^e cap. nuper à nobis. extra. cod. tit.

am-

amplius eorum se extendat violentia, quàm defensio clericorū exigit.

Si Abbas imperet laico, ut monachum etiā causa disciplinæ uerberet, uterq; incidit in excommunicationem: secus autem, si imperet clerico ex causa necessitatis. h. d.

Quod autem diximus, nō facientes, sed eos, quorum fit auctoritate, quid facere uideri, absolute non procedit. Nam si laicus, qui in Abbatis ipsius seruitio commoratur, eiusdem iussu in clericum, vel conuersum, vel monachū etiam subsistente causa manus iniecerit, tam qui tales uerberari præcipit, quàm q̄ mandato uerberat alterius, excommunicationis sententiam non euadent. Nam si discipline regularis gratia id faciendū sit, vel Abbas id per se ipsum faceret, vel si necessitas urgeat, per clericum, vel monachum id fieri iubebit.

Tam percussus uolentem clericum, quàm clericus consentiens, sunt excommunicati. h. d.

Volentem quoq; clericum si quis percussit, nihilo minus excommunicationis censuram incurret: ut responsum est de eo clerico, qui cum laico iniuriam intulisset, uolens secundum consuetudinem patriæ pro iniuria illata offenso satisfacere, sponte sua fustium se subiecit percussionibus. Quanquam enim hæc manuum iniectio non sit uolentia, tamen iniuriosa uideretur: &

Canon respexit non tam fauorem clerici ordinati, quàm clericali ordinis: unde hoc casu tantum percussus, quàm seipsum percussionibus sponte subiciens excommunicationis sententia innodabitur.

Ponit tres casus, in quibus percussus clericos in Canonem latæ sententiæ non incidit. hoc dicit.

Ex contrario accidit interdū, ut etiam pro uolenta manuum iniectio excommunicationi quis non subijciatur: ueluti si clericum sibi manus inferentem ita quis incontinenti ui repellat, ut læsionem inferat, aut in eum, quæ cum uxore, matre, sorore, uel filia turpiter se gerentem inuenerit, manus uolentem iniecerit. Idem statuitur & de eo, qui illum percusserit, quem probabiliter ignorabat esse clericum.

Interficietes clericos qui posthabito habitu committunt enormitates, non sunt excommunicati. h. d.

Quinimodò et si occiderit quis clericos, uel presbyteros, qui contempto clericali habitu sceleribus sese immiscuerint, in odium clericalis excessus Canone latæ sententiæ minimè coerceretur: frustra enim Ecclesiæ implorat auxilium, qui in ecclesiam ipsam committit.

Qui ratione officij, uel intuitu disciplinæ clericos percussit, non sunt excommunicati. h. d.

Item si qui ratione officij,

C 2

cap. uniuersitatis. ext. sod. tit.

cap. si uerò. el. 1. §. si uerò. extra. eod.

cap. si uerò. el. 2. extra. eod. tit.

cap. continet interdū. extr. eo. tit.

cap. cū non ab homine. §. in articulo. ext. eod. tit.

cap. in audientia. §. ad hæc. extra. eod. tit.

cap. cum uoluntate. §. si. ext. eod.

quod obtinent in Ecclesia, aut si clerici seniores, pueros, vel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos diuinum turbantes officium, vel etiam si qui magisterij, vel praelationis obtentu subditos & scholares correctionis causa percusserint, excommunicationis sententiam non incurrunt. Quod & de his intelligendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum simili modo, vt ab excessibus prohibeantur, & sciētia bonisq; moribus informantur, corrigendos duxerint, & alijs casibus compluribus.

Ex causa potest quis absolui ab alio, quam ab Apostolico. h. d.

*cap. quā-
nis incidēs,
ext. cod. tit.*

Quod^a autem supra diximus, ab hac excommunicatione, ab alio quam ab Apostolico, aut eius legato absolui neminē posse, non est perpetuum. Nam si quis excommunicationis latae sententiae vinculis innodatus, in mortis articulo constitutus reperiatur, aut capitales habeat inimicitias, aut alias iustas excusationes, ita vt sine periculo Apostolico se nequeat cōspēctui praesentare, licebit Diocesano Episcopo, iuramento secundo morē Ecclesiae recepto, sibi absolutionis gratiā impertiri.

*capit. eos
quā, cod. tit.
6.*

Cessante causa cessat effectus. h. d.

Periculo^b tamen & impedimento cessantibus, quam citō

cōmodē poterunt, ad sedē Apostolicam se praesentabūt, mādātū illius super negotijs, pro quibus excommunicati fuerāt, humiliter recepturi, & pro vt iustitia suadebit, satisfacturi: alioquin si id facere cōtempserint, ne temere & impune censurā Ecclesiasticā illudatur, ipso iure in eandem sententiam recident: quod generaliter constitutum est, quotiescunq; legitima subsistēte causa, ab alio quis, quam ab eo, à quo aliās de iure absoluentus fuerat, absolutionis beneficium consecutus fuerit: & quibusdam casibus similibus.

Si modica sit illata iniuria clerico, uel qui intulit, non prouocata sit aetatis, potest Ordinarius absolue eum, qui incidit in Canonem latae sententiae. h. d.

Item^c si nō enormis, sed modica & leuis iniuria fuerit clerici irrogata, inferēs per Episcopum absolui poterit. Itē aetatis intuitu Iuris rigor mansuetudine temperatur. Vnde^d si in pueritia constitutus in Canonem incidit sententiae promulgatae, siue ante, siue post pubertatem sese absolui postulet, diocesanus^e Episcopus absolutionis beneficium impertiri poterit.

*cap. per
tit. ext. cod.
tit.*

*cap. suā
tit.*

*cap. quā-
uis ante
pen. ext.
d. tit.*

Monachi, uel Moniales se inuicem, uel conuersos percutientes, sunt ab Abbate, uel Episcopo absoluenti. h. d.

Monachi quoque, & alij Regulares quomodocūq;^f in claustrō sese inuicem percusserint, non

*cap. canon
ca ext. cod.
tit.*

non ad Apostolicam sedem remittendi, sed secundum prouidentiam proprii Abbatis coërcendi erunt: quod si Abbas non sufficit, Episcopus adhibendus erit. Simile statuitur de monialibus: nã si vel in se inuicẽ, vel conuersos, aut conuersas suas, aut etiam in clericos violentas manus iniecerint, ne cõtra muliebri sexus verecundiam, & regularis obseruantiaẽ decorẽ peregrinari compellantur, per Episcopũ, in cuius diocesi monasteria fuerint, absolutionem consequentur. Sunt & alij casus, quibus ab alio quis, quàm ab Apostolico ab hac excommunicatione absolui poterit, vt ex ipsis Decretaliũ libris facillẽ apparere potest.

Ex causa certis casibus absolutio potest delegari. h. d.

cap. fin. ext. de offi. ord.

His autem^b, quibus id certis casibus ex officio competit, nõ solum per seiplos absoluere, verum etiam alijs, cum expedire viderint, huiusmodi absolutionem committere poterunt.

Excommunicatio iudicialis est, quam infert iudex, & cui causa committitur, omnia quæ causam contingunt, censentur permissa. h. d.

cap. pastora- tis. §. præterea. extra. de off. ordi.

Iudicis, siue iudicialis excommunicatione est, quæ iudicis ministerio infertur. Iudicẽ autẽ hoc loco intelligimus, nõ solum ordinarium, verum etiam delegatum. Nam si cui^c per Apосто-

licum causa etiam simpliciter delegetur, nec literæ cõmissionis de excõmunicatione quicquam contineant, poterit nihilo minùs delegatus concessẽ sibi autoritatis ratione contumaces, vt suprã diximus, Ecclesiastica feueritate coërcere.

Excommunicationis sententiam debet præcedere monitio: & debet ferri in scriptis, ita ut causam contineat. h. d.

Quoties autẽ causa suberit, vt iudex subditum suum Ecclesiastica districtione coërcet (cũ medicinalis^d, nõ lethalis excommunicatio esse debeat) non aliter, quàm competentibus præmissis monitionibus^e ad huiusmodi sententiam descendet: quam etiam de scripti recitatione proferet, ita vt causam, ob quam profertur, expresse contineat, aliãque obseruabit, quæ tam generali, quàm Lugdunensi concilio editis cõstitutionibus sunt comprehensa, earundem pœnis, si contrã fecerit, subijciendus.

d cap. 1. eod. tit. in 6.

e cap. sacro ap. probate. extra. de off. ordi.

Iudex aliquem excommunicans, in dubio cõsetur inferre maiorem excommunicationẽ. h. d.

Sed quæri poterit^f, si iudex illa verborum formula usus fuerit, *Illum excommunico*, vel simili, qua de maiori, vel minori excõmunicatione quicquam nõ expresserit, vtra magis quis excõmunicatus censeatur? Et responsum est, non tantum minorem,

f capit. pom. extra. eod.

sed etiam maiorem cenferi per Iudicem illatam: quã non modo à sacramentis, & fidelium participatione exclusio, sed alij præterea multi consequuntur effectus.

Communicans excommunicatis incidit in excommunicationem: & iudices curare debent, quod excommunicati ab actis legitimis, & commercio aliorum abstineant. h. d.

Quorum ille prætereundus non est, quod quandiu de excommunicatorum absolutione legitime non constat, qui cum ipsis comunicauerint, ipsi quoque nullo obstante priuilegio, ipso iure excommunicatione incurrunt, decretumque est^a propterea, vt ab Ecclesiasticis iudicibus seculares iudices Canonica præmissa monitione Ecclesiastica censura compellantur, vt excommunicatos ab agendo, patrocinando, & testificando in suis curijs & iudicijs repellant.

Defectu, qui obuenit mihi ex te, non potes uti contra me ad tuum commodum. h. d.

^b *cap. 2. extr. de exceptio.* Dubitatum^b tamen fuit, num is, qui excommunicato in locutione, vel oratione scienter communicat, excommunicatũ ipsum à iudicio contra se instituendo summouere possit: cum ille communionem huiusmodi contra eum replicet: & cum is, qui impetitur, à sacramentorum perceptione sit remotus, alius verò etiam à fidelium commu-

nione, replicatione minimè suffragate iudiciũ procedere non poterit.

Excommunicato communicari non potest ante absolutionem, etiam si dederit cautionem iuratoriã de parendo mandatis Ecclesiæ, & Episcopus ei communionem reddiderit, etiam si morte præuentus non potuerit absolui. h. d.

Nec^c ideo magis agere volẽti communicari poterit, quod ipse ex consuetudine de parendo mandatis Ecclesiæ iuratoriã dederit cautionem, etque communionem Episcopus reddiderit, aut quod eos, cum quibus participauit, postmodum impugnavit: nã nisi post iuramentum præstitum secundum formam Ecclesiæ absolutus fuerit, nec cautio, nec perperam restituta communicatio quicquam proderit. Quod ipsum obtinet^d etiam, si post prædicta morte quis præuentus, absolutionis beneficium obtinere non potuerit: nec enim is, cui viuo non communicamus, defuncto comunicabimus.

Excommunicatus si ante mortem ostenderit signa pœnitentiæ, etiam mortuus potest absolui. h. d.

Planè^e si de mortui pœnitentia per euidentia signa, dum viueret, constiterit, defuncto quoque absolutionis beneficium à proprio iudice impendendũ erit, heredesq; eius, vt p ipso satisficiant, si sponte nolint, Ecclesiastica censura compelli poterunt.

Diff. 4.

^c *cap. cõm de fideras. & cap. à nobis, el 2. extra. eod. tit.*

^d *d cap. à nobis.*

^e *cap. à nobis, el 2. uer. potest. extra. eod. tit. et in fin.*

Diffamato de excommunicatione non possimus communicare, nisi se purget, uel ad cautelam se faciat absolui: & toleratus ab Ecclesia non debet uitari, nisi in occulto. h. d.

mnauit, delinquere videatur, merito ab eo, vel si videtur, eius superiore iuramento præstito, delicti tunc erit absolutio requirenda. Et idem statuetur, si qui cum participibus suis excommunicati fuerint.

Participatio cum excommunicato non criminosa, illigat participantem minori excommunicatione, à qua per Ordinarium absoluti potest. h. d.

Quòd si aliter, puta^e in choro, in mensa, in osculo, aut sermone excommunicato communicatum fuerit, tunc minor tantum incurritur, & nulla interueniente iuratoria cautione à proprio sacerdote, vel Episcopo, absolutionis beneficiū obtineri poterit: quamvis enim & tunc non iudicis, sed iuris sententia excommunicato comunicans sit illigatus, quia tamen conditor Canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso relaxandi facultatem alijs concessisse videtur.

Communicans excommunicato in contemptum, incidit in maiorem excommunicationem. hoc dicit.

Hoc^f tamen tunc obtinet, cum non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ cū excommunicatis quis commercium haberit: nam qui contra prohibitionem sui præfulis excommunicatorum communioni sese ingesse rit, anathemate feriendus erit.

Si excommunicatus minori indurescat, in ea poterit excommunicari maiori. h. d.

^a cap. cum de sideras. §. secundum extr. eo. tit.

Sed^a et si qui p sacrilega manuum iniectione in edictum excommunicationis incidit, denunciatus quidem non sit, sed de patrato scelere publica laboret infamia, nemo sibi pari ratione communicare debet, nisi vel ad arbitrium Episcopi de hoc se purgauerit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur, nisi fortè^b soli tibi de facinore cōster: hoc enim casu, quando toleratur ab Ecclesia, priuatim tantummodò à te vitandus erit, vt saltem verecundiæ rubore suffusus, pro latenti excessu satisfacere cōpellatur.

Participatio criminosa cum excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione. h. d.

Sed multum interest, qualiter excommunicato communicatur: nam si quidem crimini & criminoso communicarit quis cōsiliū, puta auxilium, vel fauorem impendendo, vel forte cum clericis ab Apostolico excommunicatis scienter^c & spòtè participauerit, & ipsos in officijs receperit, eadem excommunicationis sententia involuetur, qua illi ipsi sunt obstricti: quibus cum ita ab eo communicatum fuit, cumq; ratione damnati criminis^d in eum, qui da

^e cap. nuper à nobis. §. in secundo. extra. eod. tit.

^b cap. cum nō ab homine. extr. eo. tit.

^c cap. signifi cauit nobis. extr. eo. tit.

^d cap. nuper à nobis. §. in primo. extra. eod.

^f cap. fin. ext. de cleri. excommunicatis.

Quod si ex locutione & alijs similibus minori excommunicatione irretitus fortius indurescat, poterit iudex post Canonicam monitionem^a etiam maiori excommunicatione, & cōsimili participantem illigare. Quod & in suspensionis, & interdictionis sententijs obseruandum erit.

Que sit monitio Canonica. h. d.

^b Tunc^b autem Canonica censetur esse monitio, si competentibus interuallis, atque alijs ritè obseruatis, eos, qui monentur, exprimat nominatim.

Ignorantia excusat participantem cum excommunicato. h. d.

^c Interdum^c tamen excommunicato communicans neutrius excommunicationis vinculo obstringitur, vt accidit in eo, qui cum illo cōuersatus fuerit, què excommunicatum probabiliter ignorabat.

Episcopi debent propagare nomina excommunicatorum. h. d.

^d Vnde vt excusationis causa omnibus auferatur, prouidere debent Episcopi^d, vt excommunicatorum omnium nomina tam suis parochianis, quàm vicinis Episcopis pariter indicent, eaque in celebri loco posita pro foribus Ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcent, vt huiusmodi adhibita diligen-

tia excommunicatis Ecclesiasticus aditus adimatur.

Omnes qui ante prolationem sententiæ tenebantur excommunicato communicare, tenentur etiam post. h. d.

^e Vxores^e quoque excommunicatorum, filij, serui, ancillæ, rustici, seruietes, & omnes qui ante sententiæ prolatione excommunicati obsequio tenebantur familiariter adhærere, non solum à communione excusantur: verum etiam (præter quàm^f in criminibus) communicare tenentur, cum sine illa debita præstare nequeant obsequia.

Necessitas, uel simplicitas excusat à cōmunionem cum hæreticis. h. d.

^g Mercatores^g autem, & viatores, nisi aut creditores sint excommunicatorum, aut necessitatis imminet articulus, abstinere debent: sed si in terram^h excommunicatorum deuerint, vbi vel nõ possint ab alijs emere, vel vnde emanant, non habeant, ab eisdem accipere poterunt: nec illos excommunicationis metus impedit. Prædicatoresⁱ quoque, præsertim qui aliàs sustentari non possunt, ab excommunicatis, & alienorum bonorum detentoribus eleemosynam licitè recipere possunt. Idem iuris est de ijs, qui a deo sunt rudes, vt eorū cōsilio verisimiliter scelera perpetrari

^a cap. constitutionem. co. tit. in 6.

^b d. cap. constitutione. eod. tit. in 6.

^c can. excellentissimus. & seq. 11. q. 30.

^d can. curæ sit. 11. q. 3.

^e can. quomodo multos. 11. q. 3. et cap. inter alia. eo. tit. ext.

^f cap. si concubina. eod. tit.

^g can. quomodo multos. 6. quicunq. 11. q. 3. cap. si necesse est. ext. eod. tit.

ⁱ cap. cum in libertate. 6. pen. ext. co.

petrari non possint: aut q̄ cū ijs
cōmunicant, qui cōmunicant
excommunicatis.

*Omnino coactus excommunicatis communi-
cans non cadit in excommunicationem: secus,
si quis solum metu comunicet. h. d.*

*a cap. sacris est
canonibus .
extra. de ijs
quæ su. iii.
met. ue. cau.*

Sed an inuitus^a excommuni-
catis comunicans excommu-
nicationis labe inquinetur, vi-
deamus: & si quidem sit per co-
actionem astrictus, cū magis
hoc casu pati, quàm agere vide-
atur, excommunicatione non
tenebitur. Aliud statuendū e-
rit, si quis per metum sit indu-
ctus: licet enim metus culpam
minuat, quia tamē eam nō pror-
sus excludit, cū nullius me-
tus obtentu mortale peccatum
quis incurrere debeat, excom-
municationis pœnā nō euadet.

*Comunicans excommunicato in conuer-
tendo, non est excommunicatus. h. d.*

*b cap. cum vo-
luntate. ext.
eod. tit.*

Item cū voluntate^b & pro-
posito maleficia distinguantur,
excommunicationis sententiā
non incurrit is, qui excommu-
nicato in his, quæ ad absolutio-
nem, vel aliās ad salutem eius
pertinent, in locutione partici-
pat, licet & alia verba inciden-
ter, vt apud eum magis proficiat,
interponat.

*Absolutio ab excommunicatione ad cautelam
peti potest. h. d.*

*c cap. 2. eod.
tit. in 6.*

Si quis tamē^c ex his dubiter,
vel ex alijs, ne non iudicis, vel
Canonis sententiā sit innoda-

tus, sese per competentem iudi-
cem, iuxta Innocentianarū con-
stitutionum tenorem ad cautela-
m absolui postulare poterit:
quod & is, qui minori innoda-
tus est excommunicationi, ex
qui poterit.

*Excommunicationis absolutio nō debet pe-
ti omisso medio, nisi in contrarium sit consuetu-
do. hoc dicit.*

Sed hoc casu aduertendum
erit, ne omisso medio^d ab eo,
qui tuus iudex non sit, absolu-
tionis beneficium postules. Po-
ne enim, quod suffraganei cu-
iusdā subditus, putā, Archidia-
conus, excommunicationis in-
te tulit sententiā, non iam à
Metropolitano, cū nec excō-
municantis iudex sit, nec excō-
municati, sed ab ipso suffraga-
neo absolutio petenda erit, nisi
consuetudo^e contrarium indu-
xerit.

*Sede uacante is absoluit, qui habet Episco-
palem iurisdictionem. h. d.*

Episcopali verò sede vacan-
te^f, capitulum, seu is, ad quem
Episcopalis iurisdictione tunc tē-
poris pertinere noscitur, his,
quibus posset Episcopus, si vi-
ueret, ab excommunicationis
sententiā, siue iuris, siue homi-
nis fuerit, absolutiois benefi-
ciū impertiri poterit: nisi ei fue-
rit ab Apostolica sede speciali-
ter interdicta potestas.

*Superior de excommunicatione cognoscēs,
uidens illam iustam, debet excommunicatum ad
inferiorem remittere, nisi is malitiosè differat*

D

*d cap. dilecti.
el 3. extra.
de appella-
e cap. Ro-
mana. cod.
tit. in 6.*

*e gloss. 2. cap.
referente.
extr. de præ-
ben.*

*f cap. uni. de
maior. &
obedi. in 6.*

absolvere: secus autem, si comperiat illam iniustam: sed si dubitetur, honestè faciet, & remittet. h. d.

Vbi verò superiori competit de excommunicatione cognoscere, si eam iustam esse constiterit, veluti^a cum propter manifestum excessum est in aliquem promulgata, superior iudex, nisi sit in mora periculum, excommunicatū ad excommunicationem prorsus remittere debet: nec eum absoluet, nisi excommunicator requisitus dolo illi absolutionis beneficium exhibere deneget. Si verò huiusmodi sententiam iniustam esse cōstet, excommunicatus ad suum excommunicatorē nequaquā remittendus erit, sed sine difficultate debet absolui. Quòd si dubitetur, vtrū iusta sit, vel iniusta, superior illam tollere poterit: quanquam hoc casu honestius & convenientius egerit, si excommunicatori deferat.

Vbi manifestum est delictum, non conceditur absolutio, nisi prævia cautione: aliàs, secus.

Manifestū^b autem excessum illum esse intelligemus, qui vel per confessionem, vel probationem iuridicè notus fuerit, vel si fit adeo res evidens, vt nulla possit tergiversatione celari. Quo casu^c non antè concedenda erit absolutio, quàm idonea pro delicto præstetur satisfactio: cæterum si de admissio dubitetur, vt sententia relaxetur, suffi-

ciet, si de parendo mandatis Ecclesiæ legitimè cautum fuerit: quanquam si pro simplici contumacia excommunicatus, solam de stando iuri cautionem exhibuerit, absolvendus erit.

Si pars se dicat post appellationē, vel aliàs nulliter fuisse excommunicatā, sunt super hoc partium admittendæ probationes, ut appareat, an quis indigeat absolutione. h. d.

Multum etiā intererit, vtrū absolutionis beneficium postulans, se post appellationem ad Rom. Pontificem legitimè interpositā, vel aliàs nulliter excommunicatione innodatum conqueratur: an verò simplicitè iniuste se proponat excommunicatum. In prima^d enim specie, si Episcopus sit probare paratus, se in illum, ante quàm vocem appellationis emitteret, sententiam protulisse, ante quàm decernatur aliqd, vtriusque partis super hoc probationes sunt admittendæ: per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquerens, vel potius non ligatus sit denuntiandus.

si quis dicat se iniuste excommunicatum, prius est absolvendus, ante quàm sint admittendæ probationes super iustitia excommunicationis. h. d.

Aliud^e iuris erit, cum iniuste se quis excommunicatum asserit: tunc enim si Episcopus, vt ostendat quòd iuste excommunicauit, probationes suas ad-

mitti

a cap. uenerabilibus. §. factum. eod. tit. in. 6.

b cap. cum olim. extr. de verb. sig.

c cap. ex parte. in fin. de verb. signif. extra.

d cap. cum contingat. §. ab quod. extra. de offic. deleg.

e d. cap. cum contingat. §. uerbum. extra. de offic. deleg.

mitti postulet, audiendus non erit: nam etiam constaret excommunicationis sententiam iuste promulgatam, nihilo minus humiliter postulanti esset absolutio impendenda: ideoque hoc casu protinus iuxta formam Ecclesiae congruentem absolvendus erit, ut demum probationibus utriusque partis admisis, utrum iuste, vel iniuste quis ligatus fuerit, decernatur.

Innodatus pluribus non potest ab una tantum excommunicatione absolui. Et absolutio surreptitia non tenet. h. d.

cap. cum pro causa. extr. eod. tit.
Quod si quis pluribus innodatus^a excommunicationibus, etiam ex eodem facto descendentibus, de vna tantum causa velit satisfacere, communioni ob id restituendus non erit, nec per veritatis suppressionem extorta absolutio sibi quicquam proderit^b.

cap. officij. in fin. extr. d. tit.

Si Ordinarius sciat per surreptionem impetratam ab Apostolica sede absolutionem, debet remittere perperam absolutum ad sedem Apostolicam: si uero hoc sibi non constet, sed suspicetur, debet absolutum cogere ad purgationem. h. d.

cap. ex parte tua. extr. de offi. ordi.

Quinimò si constiterit^c, excommunicatum occultatis excessibus, per quibus in eum sententia lata fuerit, excommunicationis suae causam aliam praetendentem, ab Apostolica sede absolutionis beneficium imptasse, eundem debet Ordinarius Ecclesiastica censura com-

pellere, ut cum literis suis rei veritatem continentibus ad sedem Apostolicam redeat: si uero illud liquidò non constiterit, eum tamen Ordinarius, quòd veritatem confessus non fuerit, suspectum habeat, ad purgationem praestandam, quòd verum falsus fuerit, compellet.

Absolutus vi, uel metu, duplici excommunicatione innodatur. h. d.

Illud etiam admonendi sumus, quòd licet vi, vel metu facta regulariter mero iure teneant: si quis tamen ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia, absolutionis, aut reuocationis cuiuscunque beneficium per vim, vel metum extorserit, viribus omnino cariturum: quin potius ne sine vindicta violentiae crescat audacia, qui absolutionem, vel reuocationem vi, vel metu extorserit, quasi propria còfossus sagitta, iteratè excommunicationis sententiae subiacebit.

Excommunicatus, cui Papa communicat, non propterea censetur absolutus, nisi papa id exprimat. hoc dicit.

Nouissimè^a sciendum est, quòd si Apostolicus etiam scilicet excommunicato participet literis fortè cum salutationis aliquo destinatis verbis^c, osculo, seu alio quouis modo, ipsum per hoc absoluere nulla ratione censetur, nisi forsitan exprimat, vel-

d. Clem. fin. tit.

c. cap. si aliquando extr. co. tit.

le illum ex hoc pro absoluto haberi. HÆC de excommunicationis sententia delibasse sufficiat: nunc de interdicto Ecclesiastico & suspensione paucis dispiciamus.

DE ECCLESIASTICO INTERDICTO,

TITVLVS XIII.

Interdictum aliud iuris, aliud iudicis: quæ distinctio exemplis declaratur. h. d.

Habent Ecclesiastica interdicta cum excommunicatione multa communia: nam & illorum alia ipso iure inducuntur, alia Iudicis sententia. Iuris ipsius dispositione interdictum inducitur, veluti cum ciuitas, vel vniuersitas in electione Romani Pontificis seruanda non seruauerit, aut in necem Cardinalis^b aliquid machinata fuerit, siue ab Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis aliquid extorserit, aut vsurarijs^c domos commodauerit. Item cum in Ecclesia^d sanguinis, vel humani seminis effusione polluta, aut simoniacè consecrata, celebrari iure vetatur.

Celebrans in Ecclesia polluta, uel simoniacè consecrata, non incurrit irregularitatem: seculus, si alia ratione uiolat interdictum. h. d.

Est^e autem inter hæc differentia non modica: nam si quis in ea Ecclesia celebret, quæ vel polluta sit, vel simoniacè consecra-

ta, licet hoc temerariè faciat, nullum tamen ob id irregularitatis laqueum incurrit: is uero^f, qui scienter celebrat in locis alia ratione interdicto suppositis, irregularitatem incurrit, à qua per alium, quam per Romanum Pontificem, liberari non poterit: nisi aliqui super hoc priuilegio, vel iure muniti fuerint.

Quid sit iudiciale interdictum. h. d.

Iudicis sententiâ tunc inducitur interdictum, cum competens iudex ex aliqua causa terram, vel homines à diuinis arcendos pronunciat ac præcipit.

Interdictorum quædam generalia, quædam specialia. h. d.

Rursus interdictum, quod prolatione iudicis inducitur, aliud est generale, aliud speciale. Generale interdictum est, non solum cum Regno & prouinciæ, sed etiam cum castro & villæ diuinis interdicitur. Speciale est, cum inter plures Ecclesias pauca, vel una interdicitur.

Interdicto loco principali censetur interdictus accessorius uicinus & contiguus: & dispositio iudicis non debet posse reddi elusoria. hoc dicit.

Et si quidē ciuitas, castrum, aut villa & generali subiiciatur interdicto, non solum quæ murorum continentur ambitu, censentur interdicto supposita, sed etiam

^a cap. ubi periculum. §. præterea. de electione. in 6.

^b cap. felicis. de penis. in 6.

^c cap. 1. §. sequens. de usuris. in 6.

^d cap. is qui de sententia. excom. in 6.

^e cap. is qui de sententia. excom. in 6.

^f d. cap. is qui. §. fin.

^g cap. si ciuitas. de sententia. excom. in 6.